ILLVSTRISSIMO
ET REVERENDISSIMO
LAVRENTIO PRIOLO
VENETIARVM PATRIARCHAE,
S. R. E. Cardinali ampliſsimo.

PETRI COLVMBI ORATIO.

Vbi primum poſt habitos ROMÆ Triumphos Venetias appulit, ab eodem nunc ipſomet anno CIↃ.IↃ.XCVII. In PATRIARCHALI Palatio, ante Illuſtriſsimi CARDINALIS ipſius pedes, in multorumque Reuerendiſs. ac Illuſtrium virorum oculis pronunciata.

CVM PRIVILEGIO.



108

VENETIIS, ad Leonis ſignum. 1598.

ADMODVM ILLVSTRI ET REVERENDISSIMO I. V. D.

D. IOANNI MOZANEGA SEDIS APOSTOLICAE PROTONOTARIO

Atque Illuſtriſsimi Card. Venet. Patriar. Vicario Gen. Meritiſsimo.

DVO ſunt ea, Perilluſtris, & Reuerendiſſime Pater, quibus ſolent homines ingeniorum ſuorum partus in lucem edituri, celebrũ, illuſtriumq́; virorum nomine ſua ipſorum ſcripta decorare; Primum quidem vt quanti eos faciant, quæque ipſorum in ſe extent merita, & officia apertiſſime commonſtrent: Alterum verò vt vel nominis ipſius inſcriptioni acquieſcentes maleuoli, deſinant tandem maledicere, & ab hominum iniuria & linguis,

Rationes q-bus viris Illuſtribus ac Sapientibus conſecrātur ſcripta.

109

qualecumque eſt, opus vindicetur. Erat igitur, vt ingenue fatear, cur immaturos hos ingeniJ mei fructus, oratiunculam ſcilicet, meã, quam nuper præteritis diebus coram Illnſtriſſimo Cardinale Antiſtite noſtro, habui, ingeniJ tui copia, & acumen maturitatem conſecuturam, tibi conſecrarem, vt, quod in ea, aut ingeniJ tenuitate, aut ætatis imbecillitate deſiderari videatur (deſiderãtur autem fortaſſe plurima) tua cùm doctrina, tum benignitate compleam, tuorumque in me meritorum non obſcuram ſignificationem me dediſſe omnes intelligant, cùm eum mihi, inter tot, tantosq́; Patres, quibus tanquam luminibus abundat hæc Reſpublica Patronum, me conſtituiſſe cõgnouerint, qui legum, mirificaq́; doctrinarum omnium ſcientia, hunc ſibi amplum dignitatis, & honoris gradum, compărarit; quem ita bonorum omnium applauſu, diligenter, & pie adminiſtrat, & tractat, vt qui diligentius, & æquius tueatur, & regat, fortaſſe nullus vſquam reperiatur. Faceſſet eminus hinc Momus, Quis enim te duce vel tantillum audeat allatrare? qui ſi tantos ſibi ſpiritus ſumeret;

Cur Auctor, Illuſtri ac Reuerẽdiſſimo Ioh. Mozanega hanc conſecrauit orationem.

Modice tanguntur Illuſtriſs. & Reuerẽdiſſimi Mazaneghæ virtutes, merita, nec non ſingularis in Regimine modus.

aut

aut egregiam, vt vetus eſt adagium, palinodiam caneret, aut meritus, vt Hellenomaſtix ille, pœnas daret. Quare conſultò me feciſſe omnes prædicabũt, dum eius hoc in loco opem, & auxilium imploro, qui (quæ ſua eſt benignitas) rectè cuncta moderetur, cadentes erigat, aduerſariorumque impetus, & audaciam facili negotio comprimere, & contundere queat. Habe igitur Reuerendiſſime Pater propenſæ meæ in te voluntatis apertiſsimum ſpecimen, quod tua in me officia, quæ nulla delebit obliuio apud poſteros teſtatum relinquat. Munus quidem ipſum, etſi tenue videri poſſit (vt tenuiſsimum quidem eſt) animus certè eſt ſummus, qui pulchræ virtutis amore, maiora in dies ſingulos moliatur. Quod ſi ſolita tua humanitate hylari fronte, lætoque (vt fertur) primitias has latino ſermone à me editas ſupercilio, exceperis, in maximis hoc mihi reponendum putabo, deque tua hac benignitate, propenſaque in me voluntate, quam toties, ac toties declaraſti, nunc verò maxime nullo vnquam tempore, conticeſcam. Faxit interea Deus Optimus Maximus bonorum,

Pulcrũ adagium.

Detractorũ viri dicta.

Nõ muneris paruitatem, ſed qua illud conferatur mente, cõſpiciendum.

Grati animi maiorẽ ſignificationẽ ſe in dies daturum Author pollicetur.

om-

omnium largitor vt incolumem vitam, Ne-ſtoreosque annos tranſigens ad meritos & altiores virtuti debitos honores, & dignitatis gradus, euelare. Datum Venetijs 13. Kal. Octobris CIↃ IↃ XCVII.

Illuſtriſs.ac Reuerendiſs.D.tuæ

Addictiſsimus

Petrus Columbus

EIDEM EIVSDEM DECASTICHON.

AGricola, vt cui vile ſolum & male cultus agellus
Parua licet, Domino, munera grata dicat.
Immatura licet tantillum, munera prima
Cuncta placent: Primas quiſquis amatq; fruges.
Hæc ſunt quæ cecini primæuo flore iuuentæ
Mentis, vt exprimerē candida ſigna, meæ
Tu Pater inſignis meritis, virtute decorus
Has primas, læta, percipe, fronte, fruges
Quid mihi iucundumve magis, gratumve putabo?
Clara erit hæc celebri, nomine, charta, tuo.

ADMODVM ILLVSTRI
AC REVERENDISSIMO
D.D. IOANNI MOZANEGA
PROTONOTARIO APOSTOLICO
Venetiarumque Generali Vicario meritiſsimo.

Epigramma. P. G. F.

CEdant clara tibi Salamini iura Solonis
O Pater, o aui gloria ſola mei.
Legibus ille ſuis doctas ornauit Athenas
Aſt fuit egregia pulſus ab vrbe Solon.
Tu vero es celſo, meritoque ornatus honore,
Quæ fugienda, caues. Quæ retinenda, doces.
Hanc duce te quiſquis pacatam conſpicit vrbem:
Bella cadunt: Regnat candida pax, & amor.
Iure potens, animæ, ſanctiſsima munera tractas
Quæ proſint: Melius quis recrearet oues?
Fama modò celebris totum vulgata per orbem
Teſtis adeſt, Veneti Præſulis Laus, & honos.
Vt te iam quiſquis certatim ſeligat vnum
Quo ſua ſcripta tuo nomine, clara micent
Hinc tibi quæ cecinit Muſarum, Petrus, alumnus
Conſulto, atque hylari pectore cuncta dicat.
Inclyta namque tibi ſeſe vltro Numina Phœbi
Iunxerunt: Arti ſuccubuere tuæ.
Viue diu, inque dies iuuenem maiora parantem
Amplexare; ſuos & Deus ipſe fouet.

ORATIO.

SI quando hominum mentes, vt incredibilis cuiuſdam gaudij, maximæq; lætitiæ ſigna patefacerent, doctiſſimorum Oratorum eloquentiam, eloquentiſſimorumq; Rhetorum doctrinã imbibere poſſent, vt quod animo concipiunt, re ipſa quoque exprimant, concitatæq; de ſe opinioni non modo reſpondeant; ſed eam & adaugeant: optarem profectò ego Illuſtriſſime ac Ampliſſime Antiſtes, celeberrimiq; quotquot adeſtis auditores præſtantiſſimi, vt mortalium omnium voluntas, vni ſe menti meæ accommodaret. Vt enim ex ipſius Muſici ſpiritu, qui neruorum cantum intendat, & remittat concentus, harmoniaq; omnis producitur, ita ex ipſorum mentibus, argumentum mihi ad dicendum accommodatiſſimum proponerem, ſuauiſſimamq; laudum tuarum harmoniam decantarem, tunc enim ſperarem tuos nunc nuper datos honores (ſi non, vt rei dignitas patitur, ſaltem vt meũ tenue, ac imbecille ingenium fert) eximiaſq; laudes, quæ tibi iure optimo debentur coram modo patefacere, & poſteritati quoque ſuſpiciendas commendare. Quo autem modo, quo ordine, quave ratione deſiderium hoc meum expleam, non intelligo, quandoquidem eo, verba facturus accedo: vbi niſi eloquentiſſimi viri, qui ſumma dicendi

Proœmium.

Ab impoſſibili.

Simile.

Oratorum qui gratulationis cauſa ad Illuſtriſſ. Cardinalem acceſſerunt, commendatio.

facultate, & peritia præſtent; quique & Ciceronis grauitatem, & Iſocratis iucunditatem, & Demoſt. denique copiam compararunt, orationem habere conſueuerunt, vbi verum virtutum ferè omnium ſimulacrum perſpicitur; vbi niſi Prælati, Principijsq́; celebris perfectiſſimum exemplar intuemur, quem ſydera ſuſpiciunt, inerrantes ſtellæ obſeruant; quem circundederunt Caſtalides omnes, quæ ſemper, vt te virtutũ omnium numero abſolutum conſpiciamus certatim circunferri non deſiſtunt, hæc ergo inclita excelſaq́; magnitudo, Card. Ampl. cum animum ego meum ad ingenioli mei tenacitatem, imbecillitatemq́; conuerto, me perterrefacere deberet: cuius licet ſplendore animus meus concidat; hunc tamen exigere, confirmare, & altius attollere potes. Quid enim eſt quod metuam? cum paluſtres olim ranas, felesq́; domeſticos; quæ tamen omnium iudicio viliſsima, nulliusq́; pretij ſunt animalia, poetarum comentis, tantos ſibi ſpiritus ſumpſiſſe ſciamus; vt Iouem illa Deorum maximum alloqui, cum Venere iſta ſermonem conferre non dubitarint? Huc accedit inclyta, illuſtriſque tua benignitas. Vt enim benignè, & humanè orationi paucis ab hinc menſibus meæ, per libenter admodum, aures præbuiſti, ita & quæ modo dicturus accedo (illuſtre autem mihi proponitur argumentum) attento libentique animo excipies. Prodeant ergo aliquando hæc incompta mea, inornataque verba, tuæque nobiliſſimæ animi dotes, præſtantiſsimæque

A minori ad maius.

Simile.

Narratio.

virtutes aperiantur. Vbi verò quiſquam, locorum reperietur qui licet eloquentiſſimus, non eas declarare modo, ſed nec attingere ſe poſſe omnes confidat? Ego quidem ætate, cognitioneque rerum adoleſcens etiam atque etiam aliquas ſeligam, ac eas tractandas conſtituam. Ad tuarum virtutum Iordanum vbi non ſecus ac Syrus ille Naaman, lepram omnem interiorem abijciam, vbi ceu lignum eminus ab aquis conſitum, quod ſtatis quibuſdam temporibus iucundiſſimum fructum afferat, vbi haud aliter ac Narciſus ſuipſius in aquis vmbram ceu in quodam ſpeculo conſideret, te quoque nunc contemplaturus, accedo: Narciſus quidem ille, vt fabulantur poetæ pueritiam, annosq; ſuos in florem iucundiſſimum, ac ſuauiſſimum commutauit, ego quoque cum me Columborum genus, & familia procrearit, Columbi naturam exuam, Laurique eximias virtutes ſingulareſque prope modum vires induam: Narciſi quidem odorem flagrantiſſimum nulla vnquam terminabit ætas, atque ego cum de tuis laudibus dicturus accedam immortalitatem quãdam per Laurum me conſecuturum eſſe ſperabo, quod quò facilius peragam, orationemque meam firmiſſimis argumentis expoliam, & confirmem, Parnaſi, Permeſſiq; ſacra numina (quæ non mihi modo, ſed quibuſque 113 *etiam Oratoribus, & ſcriptoribus dicendi copiam ſuppeditant) obuia facta proſpicio, mihi vberem differendi materiam prebitum: Clio Dearum maxima tuarum*

Iordano, aquis & ſpeculo Card. Illuſtriſs. tacitè comparatur.

Autoris ad Narciſũ coilatio.

Muſarum anxiliũ, nomina & proprietates.

 hunc

*hunc in locum laudum argumenta tractatura: Eu-
terpe, ſi qua forte reſident errata, correctura. Thalia
excelſa trophea celebratura: Terpſicore rerum defini-
tiones expoſitura: Melpomene laudes actura, eas Era-
to patefactura; Polimnia tandem ſublimia animi tui
ornamenta explicatura, accedit. Quòd ſi vna omnium*
Clio. *voce Clio inuentionum veluti mater, & procreatrix
dicitur, cui dubium vnquam eſſe poterit, quin ea argu-
menta aperiat, animi ſenſus depromat, præſtantiumq;
virorum enchomia ab hominum obliuione, & tempo-*
Euterpe. *ris iniuria vindicare non deſiſtat? ſique vnius Euter-
pes animi oblectatio propria, ac peculiaris eſſe videtur,
erit etiam cur ea ne vlla hominum menti mæſtitia af-
feratur, rei ordinem pandat, ſingulaque vt decet, recte,*
Thalia. *decenterque pertractet. Si vero Thaliæ vel campo-
rum viriditas, vel pratorum amœnitas attribuitur,
humanas quoque mentes, quæ non ſecus ac ſuauium
campus florum varietate diſtinguitur, rerum diſtin-
ctione, atque vſu exornari poſſunt, demulceat, doceat,
ac illuſtret neceſſe eſt. Si etiam ipſos animi motus*
Terpſicore. *Terſpſicore mouere iudicatur, qua ratione rerum dif-
ferentias, atque deffinitiones, quæ ipſum mortalium
animum, detectamque hominum mentem patefaciunt
ſilentio inuoluat, non intelligo. Et ſi Latini Poetæ ſen-*
Melpomene. *tentia: Melpomene Tragico proclamat meſta boatu. ec-
quid erit cur ea eximias animi dotes, ſingulareſq; vir-
tutes quaſi quadam diſputantium controuerſia non de-
claret?*

claret? Præterea ſi Erato amorem beneuolentiamque ſonat, cur eius nobis beneficio rerum copia non ſuppeditabitur? amantium enim peculiare eſſe videtur, vt res amatas quibus poſſumus modis, ſignificemus. Sique Polymnia memoriæ Dea Vraniaque quòd cæleſtia contempletur ætherea nuncupatur, illius me auxilio omnia complexurum nihilq; quod mihi propoſuerim prætermiſſurum huius vero ope propoſitionum (vt logicis verbis vtar) quantitates, & qualitates recto ordine commutaturum eſſe confido. Si tandem Calliope eximia quadam voce cæteras omnes Deas antecellit, ecquid erit quod non argumēta perficiat, & ſumma cum iucunditate, atque hilaritate ad exitum perducat? Quid hic nunc eſt quod timeam? cum cælitus hoc mihi ſingulare, atque eximium dicendi auxilium datum eſſe proſpiciam? Quare quod antea dixi per te quandam me immortalitatem conſecutam eſſe putabo, cum tuas ego laudes perſequar, præclariſſimaque tua facinora complectar: qui & familia, & Patria tua es Illuſtriſsimus, Tuque te etiam ipſum Illuſtriſſimum quotidie magis, ac magis reddis. Illuſtriſſimus es tuæ ſplendore familiæ, quando quidem eam Senatoribus, Primoribus, Procuratoribus, Principibusque ornātam, & illuſtratam nullo ferè non tempore vidimus. Patria ipſa Illuſtriſſimum te reddit, cum Venetiarum vrbs cæteris longè Italiæ ciuitatibus antecellat. Alias breuiter huius Illuſtriſſimæ familiæ, regiæque prorſus ciui-

Erato.

Polymnia

Vrania.

Calliope.

Conuertitur vnde tantillam digreſſus, videri poſſet.

Diuiſio.

Summa totius orationis.

Priulæ famiłię ſplendor.

Tranſitio.

tatis

tatis nobilitatem verbis, imperite quidem breuiterque perſtrinxi, illam ergo quid eſt, cur in præſens explicandam proponã? cum tibi aut nullum, aut ſanè paucum ornamentũ, ac ſplendorẽ proprie afferre videatur? Silentij tamẽ velo non eſt tegendũ, te tuis virtutibus ſingularibus, ac præclaris animi dotibus, te te ipſum inquã Illuſtriſs. (Illuſtriſsime Cardinalis) reddidiſſe. Ecquis enim vbi vis locorũ inueniatur, qui tuam erga Deum pietatem, in homines benignitatem, gratum tuum in religioſos viros animum, propenſam in pauperes animi voluntatem non deguſtarit? In omnes quidem regiones tuarum virtutum rumor peragrauit, vt non ita ignitus, flagranſque Aethna, non ita Rhodi eximius, maximusque ille Coloſſus, Orientisque Phœnix nota eſſe videatur quam (meridiana ipſa ſolis luce claribus) eximiæ tuæ virtutes mortalibus vniuerſis proponuntur. Sed ex omnibus tuis hiſce virtutibus, quæ te Illuſtrem reddũt principem, meo quidem iudicio locũ tenet ſingularis tua beneuolẽtia, atque in patriã tuã meritus amor, meritus amor inquam, ecquid enim non ita dixerim? Hæc enimuero Patria illa eſt quã ſingulari quodã amore de cæteris alijs omnibus cõplecti debes: Nonne eſt Hæc vera virtutis imago? Nõne pacis chalamus? Nonne Heroũ genitrix? Annon ſummorũ Pontificũ hoſpitiũ? Nonne vera Iuſtitiæ procreatrix? Nonne peculiaris maris fluuiorumq; Domina? Quæ cælitus fundamenta iecit quæ nullius, vllo vnquã tempore, fuit ſubdita

Virtutes aliquæ Illuſtr. Card. attingunt.

Amor & merita in patriam.

Venetiarum commendatio.

dita

dita poteſtati. Quare virgo electa, Ciuitatum Regina, totius ſummum orbis ornamentum cenſetur. Hæc, hæc ipſa iam ab hinc 1126. annis vigore primum cœpit, aucta miro quodam modo hac noſtra tempeſtate viget, vigebit quoque apud poſteros memoria ſempiterna, ſi quidem ea, ipſa die (ſi quid hominibus augurari licet) cum cunctorum dominus præpotens ille Deus Opt. Max. humanam naturam inducit, initium ſumpſit hæc ciuitas, ita & reliquis etiam cunctis omnibus regionibus integritatis, & ſanctitatis imitandum, ac ſuſpiciendum exemplar proponetur, cum eo anni tempore fundamenta poſuerit, quò ſinguli ſe ad animi integritatem componunt homines, non niſi ſancta, queque ad Dei cultum, & obſeruantiam ſpectant, peraguntur, ipſius inquam die Lunæ eius quàm ſacri ſcriptores hebdomadam maiorem alij, alij ſanctam vocare conſueuerunt: apertiſſimum ſignum dixerim in ea vrbe futuros qui ſumma tum ſanctimonia, tum charitate, & pietate excellentes, cœleſtium quoq; ſpirituum numerum adaugeſſere poſſent. O intactam igitur virginem. O verum libertatis domicilium. Quot quanteque Deo Opt. Max. gratiæ nobis agendæ ſunt, quod tuum ortum, Præſul Illuſtriſſimæ, Venetiarum vrbem non aliam quampiam Italiæ ciuitatem vendicare conceſſerit: noſque tantæ vtilitatis quoquomodo participes reddimur; dum te duce laudum quoque tuarum cumulus ad nos redundat. Sed quo quæſo

Venetiarum anni.

Venetiarum principium qua die fuerit ſumptū.

Cur hebdomada maiori iecerit Vrbs Venetiarum fundaméta.

115

noſtra

noſtra hæc digreſſa eſt oratio? Equidem cum tuam omnem amplitudinem, dignitatem, ſplendoremq; tuũ in virtute, in rebus geſtis, & in grauitate poſitum eſſe oſtendere incepiſſem, tuæ me Patriæ ſplendor, & dignitas tantillum abduxit; hæc ergo ſilentio committamus: & vnde digreſſa eſt noſtra reuertatur oratio: neque enim parum dixerim, ſi meritorum, virtutumq; tuarum magnitudinem explicauero. Poßem quidem tuam hic corporis figuram, formam, & ſtaturam, quam tibi bonorum omnium benigniſſimus largitor Deus ea omnium membrorum compoſitione, qua nihil perfectius deſiderari poſſe videtur, elargitus eſt recenſere, ſed hæc conſulto prætermittenda eſſe arbitror; Ut enim hoc naturæ beneficium eſt, in quibus vt ait Philoſophus, neque laude, neque vituperatione digni ſumus, quique fortunæ dona poſſident, eximiaque corporis ſpecie antecellunt, nullam ſubeunt criminis notam, neque quidquam de ipſis iure optimo detrhai poteſt. Sed animi virtutes aperiam, quæ cæteris reliquis virtutibus præclariores, & præſtantiores, eſſe iudicantur. Tu enim ſummæ iuſtitiæ exemplar, perfectæ temperantiæ, veræq; fortitudinis domicilium; exquiſitam quandam Prudentiam, diuinum propemodum zelum, recentem (rectius dixerim) antiquam religionem effingis. Recentem inquam religionem quandoquidem ceu diuinum quoddam templum, ac veluti cæleſte aliquod altare prepotenti cor tuum Deo conſecraſti,

Redit vnde deflexerat Autor.

Occupatio.

Virtutes fortunæ bonis præſtantiores.

Religio.

craſti, antiquam verò quoniam priſcorum patrum vitæ ſanctimoniam, atque integritatem conſectaris. Domus Dei zelum quis eſt qui non apertè queat, & liquido cognoſcere? tua hæc Eccleſia (vt paucis ab hinc menſibus attigiſſe me memini) quæ nouis, excelſis, atque ijs ampliſſimis fabricis erigitur; pauperesq́; ipſi tuas in dies ſingulos elehemoſinas, benigniſſime deguſtantes teſtatum apud omnes relinquere non deſiſtunt. Inſignem tuam prudentiam quis eſt qui non deguſtarit? quæ te per omnes totius orbis partes, & regiones, Illuſtrem, cæleſtemq́; reddidit, quæque te ad omnia fortiter, alacriterque obeunda compoſuit, neque vllo pacto fortitudo deſiderari poteſt, ſiue exterior, ſiue interior ea conſideratur: hac quidem rationem inferiorem ſuperiori concedere: illa te ad árdua quoque ſumma cum laude, & virtute coniuncta, quæ ab omnibus laudentur ſuſcipienda promptum idoneumque vna omnium admiratione, bonorumque omnium applauſu, & lætitia reddit. Tua quoque propria Temperantia eſſe videtur, quam aperte in ſingulis tuis facinoribus (quæ quidem fuerunt plurima) declaraſti quo fit, vt vbiuis locorum quotieſcunque ſe vel locus, vel occaſio daret, ſumma liberalitate, vitæ integritate, ſanctitate munificentia, benignitate, modeſtia, omnibus tandem virtutibus præſtares, quibus vt tuam Illuſtriſſimã familiam, quæ ex te tamen præclariſſima nobiliſſimaq́; eſt Illuſtrare, augere, & ad cælum vſque tollere

Dei zelus.

Prudentia.

Fortitudo.

Temperãtia.

116

lere potuiſſes, quæ tamen neque pro auorum antiquitate vllo vnquam tempore concidit, neque præſentibus luminibus (Fratribus præcipue tuis) nunc cadit, aut cadet aliquando, tu eam modo ſummopere, & quamdiu poteſt maxime decoraſti: Iuſtitiam denique tuam quis eſt Illuſtriſſimæ Antiſtes qui non admiretur? Admirantur Iuſtitiam omnes vniuerſalem, quæ ad Reip. vtilitatem pertinet, admirantur, & Iuſtitiam legalem, qnæ ne leges vllo pacto violentur, facit, Diſtributiuam quoque Iuſtitiam, qua quid ſuum eſt vnicuique tribuitur, in te ſitam, locatamque quiſque conſpicit; Hæc homines a prauis quibuſque tuetur, & Reip. dignitatem, & ſplendorem conſeruat, quæ quidem tum in reis mulctandis Arithmeticam, tum in bonis præmijs cohoneſtandis Geometricam rationem contemplatur. Iuſtitiam commutatiuam omnes obſtupeſcunt quam in ſingulos quibuſque rebus pateſeciſti maximè; has vero ſingulas Iuſtitiæ partes, quæ in te vno proprio iacere fundamentum, videntur; non modo nos omnes apertè, & clarè cognoſcere potuimus, ſed exteræ etiam regiones audierunt, viderunt, extulerunt, & altius progredientes interiorem etiam æquitatem, quã Græci ἐπιείκειαν appellant, quæque exteriores omnes has continet (vt Plato ſentire videtur) conſiderarunt; vbi enim illa reſidet ibi & bonitas, & innocentiæ ſplendor reperiatur neceſſe eſt. Quid? tuas verò hic virtutes recenſendas eſſe putabo? quod onus meis viribus impar

Iuſtitia.

Iuſtitia diuiditur.

Impoſſibile.

impar non animaduertens ſuſcepi? Ego quidem, vt ingenue fatear inerrantia cæli aſtra, omnemq; maris arenam commetiri facilius mihi eſſe putarem, quam tuas egregias virtutes in medium afferre, teque rei dignitate euehere, & celebrare; ex quibus tamẽ omnibus illa ſummo ac peculiari loco eſſe videtur, quæ ceu Luna inter minores Stellas, nitidiſſimusque ille Sol inter cæli omnia ſydera reſplendet, ita cæteris alijs virtutibus tuum quoque lumen diuinum partitur, quam communi nomine Charitatem appellare ſolemus, quæ omnibus virtutibus eo magis eſt anteponenda quomodo præferendam Dei gloriam hominum vtilitati ſapientium quiſque dixerit; Ea evim ex omnibas alijs ad diuinum magis cultum, & ad Deum Etiam ipſum propius accedere magisque pertinere iudicatur; ea omnium aliarum lumen, ea cæterarum ornameneum. Reliqua enim vt ait Apoſtolus ſine huius ductu, ac præſtantia, parum quidem, vel nihil proſunt, nihil prorſus ſunt. Si Philoſophia moralis, quam iam ab ineunte ætate imbuiſti te (vt ſolet cæteros omnes) iuſtitia, ſumma virtute, exornauit: Theologia ipſa, qua animum tuum optimis, ſanctiſſimisque moribus conſtituiſti, quæ omnibus quidem quoquomodo neceſſaria eſt, ſed in Paſtoribus nullo pacto deſiderari poteſt, vt ab omnibus ſuſpicereris, effecit: Si Munificentia, Liberalitate, Fortitudine, Prudentiaque ſit aliquis inſignis, vna Charitas omnia hæc ad Deum refert; Si Philoſophia, quam moralem dicimus

Charitatis præſtantia.

Cũ alijs uirtutibus collatio.

Inductione probatur vnam Charitatem cæteris eſt virtutibus longe antecellere.

117

tinentiam, Temperantiam, Magnanimitatem, vnius virtutis (quod omnibus à natura ingenitum eſt) deſiderio, & cupiditate ſuadet, Charitas non ea ſolum præclariſſimè præſtat, ſed ad hæc Dei amorem mortalitas omnibus ob oculos proponit. Fateor quidem Illuſtrium virtutum nomina earum ſecutoribus decerni, vt laborum ſuorum præmia conſequantur. Vocantur enim liberales alij, alij Munifici; alij Benefici; alij fortes, prudentes alij; alij temperantes; ſed quod Charitate effulgentibus tribuitur, reliquos omnes, honore antecellit. Vocantur euim Chriſtiani, quo nomine quid poteſt non inueniri modo, ſed nec excogitari quidem Illuſtrius? huic Ducum cedunt honores, Principum gradus, Imperatorum cedunt dignitates. Non me latet quidem virtutis præmium (vt Aethicorum 1. *Ariſtot. optime ſentire videtur) verum honorem ab omnibus aſſignari cum hic in terris caduca, vanaque omnia reperiantur, vnus ille vigeat, reliquis rebus omnibus præſtantior, & in memoria perſiſtat ſempiterna, ſed longè præſtantius eſt, quod charitas efficit, illuſtriora ſunt præmia, præclariores, & ampliores ſunt honores, cuius bona æterna ſunt, ac cœleſtia; quæ nulla vnquam ætate ab ſumentur immortalem gloriam quidem honores, qui in hac vita mortalibus tribuantur, ſummamq́; laudẽ afferunt. Charitas verò Dei cultum, & obſeruantiã contemplatur. Illis felicitatem (ſi quæ in terris felicitas haberi poteſt) in eſſe putarunt antiqui, Charitas*

Conceſſio.

Chriſtiani nominis celebratio.

Honori præponitur charitas.

peren-

perennem illam beatitudinem, quæ nullo vnquam tempore conſeneſcet laborum emeritum præmium hominibus proponit. Qui honore inſignibus, triumphisq; illuſtrati fuerint apud ethnicos & profanos ſcriptores recenſentur, qui Dei amore flagarint ſanctorum Patrũ diuinæq; ſcripturæ teſtimonijs, illuſtrantur, quantus enim erat Iudeorum Princeps Moiſes: quanta Paulus Apoſtolorum decus Charitate ardebat? quorum il le aut (inquit) dimitte eis illam noxam, aut dele me de libro tuo; Alter vero optabam ego (ait) anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis. Quorſum verò hæc a me Illuſtriß. Cardin. commemorantur? an verò, vt me aliquid in Philoſophia profeciſſe, vel Theologiam facultatem imbibiße, aut rerum omnium aliquam cognitionem deguſtaſſe, patefaciam, a quibus tamen omnibus ita abſum, vt aut nunquam, aut breui quidem tempore, ad hæc animum conuerterim: quarum limites (dixerim) nihil dum tetigi, ſed hæc idcirco a me dicta ſunt, vt tuas me laudes merito recenſere mortales omnes cognoſcant; quarũ beneficio tuta omnia noſtra, ſplendida, præſtanti quique redduntur quæ tibi omnia à natura indita, & attributa eße indicãtur. Cui enim explorata, claraq; non eſt tua Clementia, qua clementem ipſamet lelium ſuperares? Sapientia, qua ſapienti forte Salomoni præſtares? Modeſtia cui & modeſtiſſimi Camilli mores concederent? Prouidentia qua optimũ ſeruium, antecelleres? Sic ergo pede prætereo, Te reli-

Moſis & Pauli Apoſtoli Charitas.

Occurit taciˉtæ obiectioni.

Lelij Clemẽtia.

Salomonis Sapientia.

Modeſtia camilli.

Prouidentia Seruij.

religione Zelo, Prudentia, Fortitudine, Temperantia, Iuſtitia; nec non Charitate præceteris omnibus inſignitum eſſe cum de his ſatis ſuperq; fortaſſe fuerit dictũ.

Religio Numæ.

Non poſſum tamen quin dicam, Te tanta religione, obſeruantiaq; ac diuini cultus zelo præditus omnes cognoſcere, vt & Numam ipſum Pompilium ſuperares.

Prudentia Noe.

Tuam tantam Prudentiam eſſe, vt Prudentem Noe. Tua tantam fortitudinem, vt fortiſſimos Herculem,

Fortitudo Herculis & Sanſonis.

atque Sanſonem ipſum non adæquare modo, ſed ſuperare etiam forſitam poſſit: non poſſit tandem quin dicã, Te eſſe Iuſtitiæ, & Temperantiæ veluti progenitorẽ, & parentẽ vt Zenoni ipſa, & illa ipſimet Ariſtidi

Zenoni temperantia. Ariſtidis Iuſtitia.

palmam præriperet. Charitatem vero Dei qua diuini illi Duces Hebreorum alter, Alter Chriſtianorum ardebant. Quis non aperte videt, diffuſam (vt Pauli verbis vtar) eſſe in corde tuo. Cardin. Ampliſ: His ego tuis virtutibus ſingularibus & ampliſſimis confiſus, quæ ita tuæ ſunt, vt cæteris minus accommodate tibi vero natura ipſa ingenita eſſe videantur, ſperaui, & erat cur ſperarem mihi ordinatione quadam diuina

Rationes, q-bus adduct⁹ orandũ erat Autori breuiſſime attinguntur. Ortus.

hunc in locum eſſe accedendum cum ea me dies in lucem ediderit, qua olim priſcis temporibus ſpei Dearum maximæ hoſtias immolabant antiqui, vt eorum deſideria explere votaque precantium audire poſſet: Erat inquam cur neceſſitate quadam ductus hunc accederem quandoquidem ego Petrus, eo prorſus die quo Diui Apoſtoli Petri Sextili menſe ſolemnia decantantur

vitam

vitam ſuſcipiens: te Laurentium, Diui quoque Laurentij ſanctißima luce ortum humaniſſimè eſſem ſalutaturus: Aut mihi veniendum neceſſariò rurſus inquam erat, vt tenebricoſum ætatis meæ tempus (nocturno enim tempore in lucem primum prodij) ab ipſa aurora, quæ te primum naſcentem conſalutauit, illuſtraretur: O fœlicem Auroram. O fortunatã diem Die ſiquidem illa quà iam iſtius Reipub. Venetæ glorioſiſſima victoria de inclito illo Cretenſi Regno reportata eò applauſu, illuſtriq; triumpho fuit, vitam incepiſti, honeſtißimam, ac fœlicißimam traducere. Quid verò? in ipſius occurſu ſolis hanc fœliciſſimam vitam edidiſti. Vt ab ineunte iam ætate, qui primo iucundoque ſolis aſpectu apparuiſti, ſolis quoque imaginem effingeres, litterarum diuinarũ cognitionum, humanarumq; doctrinarum ſcientiæ te totum adiungeres; facieq; prorſus cœleſti inclytamq; nimirum quandam præteferens indolem, antea quam comis natura ipſa caput tuum inſigniret; roſeum hunc, purpureumq; Galerum promeruiſti. Hunc meruiſti ſi quidem non priuata vulgarique familia ſed ab Illuſtri cœlſoque genere ortum duxiſti: Hunc meruiſti quandoquidem ab incunabulis vſque, cum duæ tibi itineris viæ proponerentur, virtutum, vel (vt melius dicam) eccleſiæ vnam, altera terreſtrium rerum, voluptatum, & vitiorum. Hanc tota mente poſtponens, ad primam illam animum tuum totum contuliſti. Hunc meruiſti iudicio tuo excelſo,

Nominis ratio.

Qua die ortus erit Illuſtriſs. Card.

Rationes afferũtur quibus promeruit vt ĩ Cardinalis numerũ adſcribere.

quo

quo & Peridem ipſum ſuperares cum ille Veneri Dearum inclytè, & venuſtiſſimæ dono pomum obtulerit, tu vero doctiſsimam Mineruam ſcientiarum virtutumque omnium munere donares. Hunc meruiſti cum puerum, te nobiliſsima, præclariſsimaque fœmina genitrix tua priorem, in lucem ediderit, quaſi virtutum omnium refertiſsimam officinam, vt princeps tu inter fratres præclariſſimis meritis, ſingularibusque virtutibus tanto tu honore dignus putareris. Hunc meruiſti quoniam non vnicum animi tantum motũ, aut vnum cordis affectum, quod pleriſque accidere videmus, tibi ineſſe comperimus. Alijs enim dumtaxat timor, alijs ſolummodo odium, alijs amor tantum ingenitus eſſe videtur, aliorum ſpes propria eſt, & peculiaris, ſed in te hæ omnes clare, & liquido collectæ eſſe virtutes reperiuntur. Spe enim regni cœlorum ſceptrum hoc tenes. Amore erga Deum Venetæ Eccleſiæ præclariſſimè gubernacula tractas. Odio in vitia, deperditosq; viros, quos omnes tum tuis meritis corrigendos tum vitæ tuæ ſanctitate ad rectam viam reuocandos eſſe contendis. Tandem Diaboli teterrimi hominum hoſtis impudentiam Dei timore extinguis, cum eius audaciam comprimis, ſpiritus confringis, impetum contundis. Quare eſſe video, vt duabus de cauſſis Deo Opt. Max. immortales mihi gratiæ ſint agendæ, vna quidem, quod te tantis inſignitum virtutibus in hoc ampliſſime dignitatis gradu meritò collocatum eſſe intuemur: al-

Illuſtr. Car. cus primogenitus.

Omnes animi motus honeſtæq; affectiones ĩ hoc vno comperiuntur & qũo comperiant.

Duplici de cauſa Autor. Immortales Deo gratias agit.

tera vero quod & Demoſthene, & Calliſtene, & Cicerone etiam ipſo, qui tamen eloquentiſsimi fuerunt Oratores, digniorem, me, & fæliciorem eſſe putabo; cum ille apud Philippum Macedonum Regem; apud Alexandrum alter filium; tertius vero apud Cæſarem; qui principes quidem erant ſed ea ſolummodò quæ ad corpus conſeruandum ſpectare videbantur, attendebant, habuerint orationem: ego vero non principi modò, qui, quæ corporis ſunt, curet, ſed & Antiſtiti Illuſtriß. & Card. Ampliſſimo inter purpuratos patres, ſingulari quodam lumine ſplendenti verba facturus, accedam. At dies me latera, & ſpiritus deficerent, ſi te longius ſermonibus efferre ſtuderem, cum te tua præclariſsima facinora egregiæ virtutes, ſingulareſq; dotes ſatis per ſe ipſas efferant, & illuſtrent; quare iure quidem meritò Bruti baculo, quem ipſe dicauit Apollini hæc mea poteſt oratio comparari, vt enim illud, incultum neſcio quid, ac incompoſitum exterius, intus vero præclariſſimum, optimumq; quoddam aurum continebat, ita & inconcina quidem, incomptaq; ſunt hæc verba, Illuſtriſſimum vero, egregiumque admodum argumentum cum de tuis agatur laudibus, concludunt: quas ego quidem non vt promerentur ſingulæ explanare, ſed nec vix attingere potui, cùm tot, ac tantæ ſint, vt multorum dierum, multorumque voluminum ſint opus: melius fortaſſe affirmare potero, Illuſtriß. Card. te inter Valerij illius maximi præclara ce-

Similitudo ſatis vetuſta.

Valerij Maximi ſententia celeberrima.

librum virorum exempla, excelſasque hiſtorias, qui connumerereris, dignum eſſe: cum enim ipſe dixerit aliquando laudandum non eſſe eum, qui eloquentibus, facundisq; Oratoribus aures præbuerit, oſtendet te ſummis laudibus illuſtrandum eſſe, cum adoleſcentulo ineloquenti nec dum annos ſeptendecim agenti inſcioque propemodum, mihi animum aduerteris, quod enim in me cum doctrinæ, tum eloquentiæ deſiderari videtur, id benignitas, eximiaque tua humanitas cumulatiſſimè explet. Et quidem hactenus tuas ſingulares animi dotes, egregiasque virtutes breuiter attigiſſe ſufficiat, nunc immenſum, ſummumque gaudium quod tua nobis præſentia attuliſti conſideremus, cum enim iam nunc aliquando rediiſſe Præſulem cognoſcimus; cuius virtutes, omnes admirentur, cuius religionem ſuſpiciant, cuius honores celebrent, cuius laudes prædicent, quem totum poſteritati commendare mortales nullo vnquam tempore deſiſtant, & Roma etiam ipſa ſummis triumphis extulerit, ſummumque omnium honore decoraret. Gratulor igitur tibi cum omnium lætitia, vno hominum applauſu, & triumpho quam olim toties, ac toties promeruiſti iure quodam optimo purpuream nunc Infulam poſſideas, roſeusque tua tempora color nunc illuſtret. Tibi gratulor cui tanquam diuinarum rerum contemplatori obuiam Angelici illi ſpiritus proceſſerunt: (Angelos autem Cardineos patres appello) nec immeritò, Vt enim illi ad Dei Opt. Max.

Auctoris ætas.

Subdiuiſio.

Gratulatur omnium nomine Illuſtr. Card.

1 Quod iam habeat purpureum galerum.

2 Quod illi Romæ cum ti Car. obuiam proceſſerint.

cultum, honoremq; augendum eius perptuò deſiſtunt. 3 Quod roſeis veſtibus ſignificetur amor.
Maieſtati: haud ſecus & purpurati patres, ceu diuina
quædam lumina ad Dei Vicarij Pontificis Max. cul-
tum, & obſeruantiam aſſident, vt eius morem gerant 4 Quod benigniſſime a Beatiſſimo Põtifice fuerit acceptus.
voluntati: Tibi gratulor cum modo purpuree veſtes
quo Dei amore tenearis, quaque pietate flagres apertè
cunctis commonſtrent, vt & roſeo re ipſa ſanguine pro 5 Quod Cardin. & preſbyter fuerit creatus.
fidei religione conſeruanda vitam ipſam prompto, ala-
crique animo profundere ſis paratus. Tibi gratulor
quem Beatiſſimus Pont. hilari facie, iucundiſſimoque
aſpectu recepit, & eos honores adiunxit, qui potuerunt
excogitari maximi, vt fortaſſe cumulatius, atque ho-
norificentius ditiſſimum Attalum, qui bonorum om-
nium, quæ poſſidebat hæredem Populum Romanum
fecerat non extuliſſet. Eſt tandem cur gratuler, quod
te non tantum Cardinalem, ſed inter ſacros, Purpura-
toſq; Cardinales Presbyterum Sanctæ Mariæ Tran-
ſpontinæ nomine, contemplamur. Quid? vnus ego for-
taſſe huc tibi gratulaturus accedo, vt qui tecum gra-
tulentur non ſint alij? gratulantur autem plurimi.
Gratulatur inclyta hæc tua Patria, officioſiſſimus, re-
ligioſuſq; tuus Clerus, ſanctiſſimũ illud Cardinalium
collegium, totus inquam orbis terrarum tibi vni con-
gratulatur, Summus ipſe Pontifex tantam quoque læ-
titiam, eximioſq; triũphos deguſtauit, & iure quidem
optimo lætandum tibi eſt, Beatiſſime Pater, cum in hoc Pontificẽ alloquitur.
Sanctiſſimæ Eccleſiæ pomarium, inter tot, ac tantas

Illuſtriſſimas, nobiliſſimasque arbores Laurum, quam qui digne efferat nemo fortaſſe reperietur, introduxeris, Laurum inquam illam, quæ honores, dignitatesque eas, quas tua tibi larga, benignaque manu condonaſti

Quibus cauſis hũc dignitatis gradũ promeruerit Ampliſs. Card.

promeretur, tum propter nobiliſsimam familiam, Illuſtriſſimumq; genus, quod vt dixi ſemper ingenuis, clariſsimisque viris Venetæ Reipub. luminibus fuit illuſtratum, tum propter inclytam patriamque inter rerũ mirabilia, excelſaq; orbis miracula connumerati poteſt, atque etiam propter eius ſumma promerita, quæ cum ego non ſolum declarare, ſed nec vix annuere potuiſſem Pieridum ductu, ope, & conſilio hoc ego opus euaſi, argumentumq; quod mihi propoſui ad exitum optatum vt potui perduxi, ſimul etiam oſtendi eam

Cõcluſio per Anacephaleoſim.

hic, illic per totum orbem terrarum Laurum circumſpici, in qua nihil pulcrum, nihil iucundum, ac laudabile amplius deſiderari poſſe videatur, virentibus ſemper filijs, fructibusq; ornatam vberrimis, Fortitudine, Prudentia, Temperantia, omniq; Iuſtitia ſiue ea Commutatiua, ſiue Diſtributiua ſit, ſiue Legalis conſideretur, ea charitate inſignem, quæ & Iſraelitici populi ducem Moiſem, & Paulum Apoſtolorum Maximum nullo non tempore exornarit, Laurum tandem eam breuiter complexus ſum, quæ virtute quoſcunq; præditos antecedit, quæ Lelium Clementia, Salomonem ſapientia, Camillum modeſtia, Zenonem temperantia, Seruium prouidentia, Numam Pompilium religione,

Ariſti-

Ariſtidem ipſum iuſtitia ſuperare fortaſſe poteſt. O eximias ergo Lauri vires; ò ſingulares eius, & excelſas proprietates: Poetæ nimirum fabulantur Laurum cælitus delapſum eſſe, vt Imperatorum, celebrumque Ducum caput perpolire, temporaque poßit exornari; hanc equidem Laurum (te licet abſentem libenter alloquor Beatiſſimæ Pater) vt Regni mundi coronam, præſentiam, ſcilicet, tuam cohoneſtet, deſcendiſſe putamus. Lauro regiæ illuſtreſque domus magis, ac magis ſolent illuſtrari, vt ſummum oculis ornamentum, & mirificam quandam, qua delectamur maxime, afferãt varietatem, hæc profectò Laurus Sanctæ Eccleſiæ, totoque terrarum orbi ornamentum affert ſingulare. Tiberium Cæſarem ſi fortè, aut tonitrua exiſterent; aut cæli hinc, inde fulgura micarent, quod hunc clamorem ictuſque fulminum pertimeſceret, Laurea ſe corona vincire ſolitum hyſtoriarum monumentis, fuiſſe, cenſetur; hæc autem mirifica Laurus, vt nobile quoddam Chriſtianorũ ſtemma, fideles omnes ſuæ præcipue commiſſos poteſtati ſumma prudentia ab hoſtium impetu conſeruat, & ab irrumpentibus Catholicæ fidei hoſtibus tuetur, Laurus, vt vno verbo concludam à maioribus natu ad pacem, concordiamq; ſignificandam geſtari conſueuit; Hæc quoque Laurus vitia propellenda, prauaq; quæque euellenda curat, vt virtutes tranquillè, placideq; admodum conquieſcant. Meritò ergo tibi Beatiſſime Pater, qui in Sanctiſſimæ Eccleſiæ pomarium hanc nobilißimam Laurum introduxiſti gra- 122

Lauri mitificas vires exponit, & Card. Illuſtr. ſingulas adſcribit.

tulor,

V.

Definit tandem apoſtrophe ad Beatiſs. Clementē, & Patriā alloquitur.

tulor, & hæc mea gaudia memoria apud poſteros vigebunt ſempiterna. Tibi etiam libentiſſime gratulor Patria mea præclariſsima, ò Laurorum nemus, tantarumque genitrix arborum, & procreatrix, quod hanc inter tot alias celeberrimas arbores Laurum procreaſti, quæ doctiſsimorum quorumque virorum illuſtre, inſigne, nobiliſſimumque ſtemma appellari poteſt. Laurum edidiſti, quæ tibi in ſtudijs corrigendis, in Legationibus, aliſq; Reipub. præclariſsimis muneribus obeundis præclariſsimè deſeruiuit. Laurum genuiſti, quæ tibi, & Patris, & Pontificis loco ſemper foret, animarumq; regendarum gubernacula pertractauit. Hæc Laurus nimirum Clerum ſuæ fidei commiſſum protegit, ac tuetur: quæ ſuis fructibus, virentibusque frondibus caduca quæque deſtruit, pœna mulctandos improbos, meritiſq; bonos afficiendos curat: Quæ quidem omnia ita vera ſunt, vt nec tantillum à veritate aberrent, Laurus quidem illa, vt ingenue fatear Apollini, hæc verò præpotenti Deo conſecratur. Quoniam vero Lauro, illud inſitum, atque ingenitum eſſe videtur (vt Columborum labem abſtergat, atque eximium quandam candorum afferat) id precibus quibus poſſum maximis à te peto Illuſtriſsimæ Cardinalis, vt qui iam te Deo Opt. Max. totum addixiſti tuis me huc illuc vagantem etiam nunc in conſultò garientem Columbum frondibus protegas, comiter deffendas, ſolitaque humanitate, & benignitate, de qua nullæ hominum linguæ conticeſcent, nullo non tempore, tibi additum tueare.

Applicatio venuſtiſſima qua Cardin. Ampliſs. opē & patrocinium ſe impetraturum, author, confidit.

D I X I.

ILLVSTRISSIMO
AC REVERENDISSIMO
LAVRENTIO PRIVLO

S. R. E. Cardinali Ampliſsimo Venetiarumq;
Præſuli Vigilantiſsimo.

Epigramma. P. G. F.

LAVRE tuos quiſnam Vates cantare triumphos
Quæue tuum poſsit lingua referre decus?
Nil viride hæc modo Laurus habet. Modo cærula veſtis.
Eſt oſtrum, totus purpura, Purpura amor.
Spem dabat ille color: Tibi tunc ſperare licebat
Præmia cùm veniunt, ſpes habet id quod auet.
Te virtutis amor, non ſpes paſcebat inanis
Spes fuit; Aſt firmo firma locata gradu.
ROMA tuas olim conſpexerat Inclita veſtes
Purpureas: fuerat tunc licet alter honos.
Tunc ſumma Adriaci, Venetiq; ſenatus agebat
Munera: Tunc omen Purpura grata dabat.
Exuit hanc, & cæruleo tua ſacra Galero
Tempora poſt ſummum, cingit, in vrbe, decus.
Hanc reperis rurſus, rurſusq; parantur honores
Iamq; cadunt violæ; ſurgit amæna roſa.
Iam tibi Tybris habet diſtinctas murice veſtes
Sidonio; Veſtes dat pia Roma, pias.
Vt pius ipſe pio cùm flagres Paſtor amore
Sint, & oues ſeruat quas tua caula; piæ.
Annuit hæc Latio, docet hæc ſermone Columbus
Hetruſco. Quid agant carmina? Muſa ſile.